nam cùm in duobus conſtituta ſit in dandi exceſſu, & defectu accipiendi, non omnibus integra adeſt, ſed interdum ſeparatur: atque ita fit, vt nonnulli in accipiendo excedant, alij in dando deficiant. nam qui his nominibus præditi ſunt, vt dicantur parci, tenaces, retracti & reſtricti, omnes in dando deficiunt. Non appetunt autem aliena, neque accipere volunt alij ob probitatem quandam, turpiúmque rerum euitationem. videntur enim aliqui, vel certè dicunt, propterea conſeruare, ne aliquando agere turpe aliquid cogantur. Inter hos eſt etiam cuminiſeca, & vnuſquiſque alius huiuſmodi, qui nomen ſortitus eſt ab exceſſu, quod nemini quicquam daturus ſit. Alij ob timorem ab alienis abſtinent: propterea quòd facile minimè eſt, vt ſi aliquis aliena acceperit, alij ab eo quicquam non accipiant: atque idcirco neque accipere, neque dare ipſis his placet. Nonnulli verò in accipiendo excedunt, dum & vndecunque & quodcunque accipere non verentur: vt ſunt, qui illiberalia opificia exercent, & lenones, & id genus cæteri, & fœneratores, qui etiam parua magnis cum vſuris accipiunt, qui quidem omnes neque vnde debent, neque quantum debent, accipiunt. Communis autem his omnibus turpis quæſtus videtur: cauſa enim lucri omnes, atque eius parui, opprobria ſubeunt. Nam qui magna vnde non oportet, & quæ non oportet, accipiunt, vt tyrannos, qui vrbes populantur, & templa diripiunt, non illiberales, ſed improbos potius, ſed impios, ſed iniuſtos appellare conſueuimus. At aleator, & fur ſeu ſpoliator, & latro ex illiberalibus etiam ipſi ſunt: cùm turpi lucro dediti ſint. vtrique enim lucri cauſa negociantur, & opprobria ſuſtinent: & hi quidem pericula maxima acceptionis cauſa ſubeunt: illi ab amicis quibus dare deberent, lucrantur. vtrique igitur cùm vnde non oportet, velint lucrum comparare, turpi lucro dediti ſunt, atque omnes huiuſcemodi acceptiones ſunt illiberales. Meritò verò illiberalitas contraria liberalitati propterea eſſe dicitur, quòd maius malum quàm prodigalitas eſt, magíſque in ea peccant homines, quàm in prodigalitate, de qua ſuperius iam diximus. De liberalitate igitur, & oppoſitis vitiis hactenus dictum ſit.

A ἐν δυσὶ γὰρ οὖσα τῇ τε ἐλλείψει τῆς δόσεως, καὶ τῇ ὑπερβολῇ τῆς λήψεως, οὐ πᾶσιν ὁλόκληρος παραγίνεται, ἀλλ' ἐνίοτε χωρίζεται· καὶ οἱ μὲν τῇ λήψει ὑπερβάλλουσιν, οἱ δὲ τῇ δόσει ἐλλείπουσιν· οἱ μὲν γὰρ ἐν ταῖς τοιαύταις προσηγορίαις, οἷον φειδωλοὶ, γλίσχροι, κίμβικες, πάντες τῇ δόσει ἐλλείπουσι· τῶν δ' ἀλλοτρίων οὐκ ἐφίενται, οὐδὲ βούλονται λαμ-

B βάνειν· οἱ μὲν διά τινα ἐπιείκειαν καὶ εὐλάβειαν τῶν αἰσχρῶν. δοκοῦσι γὰρ ἔνιοι, ἢ φασί γε διὰ τοῦτο φυλάττειν, ἵνα μή ποτε ἀναγκασθῶσιν αἰσχρόν τι πρᾶξαι· τούτων δὲ καὶ ὁ κυμινοπρίστης, καὶ πᾶς ὁ τοιοῦτος, ὠνόμασται δὲ ἀπὸ τῆς ὑπερβολῆς τοῦ μηθενὶ ἂν δοῦναι. οἱ δ' αὖ, διὰ φόβον ἀπέχονται τῶν ἀλλοτρίων, ὡς οὐ ῥᾴδιον τὸ αὐτὸν μὲν τὰ ἑτέρων λαμβάνειν, τὰ δὲ αὐτοῦ ἑτέρους μή. ἀρέσκει οὖν

C αὐτοῖς, τὸ μήτε λαμβάνειν, μήτε διδόναι· οἱ δ' αὖ κατὰ τὴν λῆψιν ὑπερβάλλουσι τῷ πάντοθεν λαμβάνειν καὶ πᾶν· οἷον οἱ τὰς ἀνελευθέρους ἐργασίας ἐργαζόμενοι, καὶ πορνοβοσκοὶ, καὶ πάντες οἱ τοιοῦτοι, καὶ τοκισταὶ, καὶ τὰ μικρὰ ἐπὶ πολλῷ. πάντες γὰρ οὗτοι ὅθεν οὐ δεῖ λαμβάνουσι, καὶ ὁπόσον οὐ δεῖ· κοινὸν δ' ἐπ' αὐτοῖς ἡ αἰσχροκέρδεια φαίνε-

D ται. πάντες γὰρ ἕνεκα κέρδους καὶ τούτου μικροῦ, ὀνείδη ὑπομένουσι. τοὺς γὰρ τὰ μεγάλα μὴ ὅθεν δεῖ, λαμβάνοντας, μηδὲ ἃ δεῖ, οὐδὲ λέγομεν ἀνελευθέρους· οἷον τοὺς τυράννους, πόλεις πορθοῦντας καὶ ἱερὰ συλῶντας· ἀλλὰ πονηροὺς, μᾶλλον καὶ ἀσεβεῖς, καὶ ἀδίκους· ὁ μέντοι κυβευτὴς, καὶ ὁ λωποδύτης, καὶ ὁ λῃστὴς, τῶν ἀνελευθέρων εἰσίν. αἰσχροκερδεῖς γάρ. κέρδους γὰρ ἕνεκα ἀμφότεροι πραγματεύον-

E ται καὶ ὀνείδη ὑπομένουσι· καὶ οἱ μὲν κινδύνους τοὺς μεγίστους, ἕνεκα τοῦ λήμματος· οἱ δὲ ἀπὸ τῶν φίλων κερδαίνουσιν, οἷς δεῖ διδόναι. ἀμφότεροι δὴ ὅθεν οὐ δεῖ κερδαίνειν βουλόμενοι, αἰσχροκερδεῖς. καὶ πᾶσαι δὴ αἱ τοιαῦται λήψεις ἀνελεύθεροι. εἰκότως δὲ τῇ ἐλευθεριότητι ἀνελευθερία ἐναντίον λέγεται. μεῖζόν τε γάρ ἐστι κακὸν τῆς ἀσωτίας, καὶ

F μᾶλλον ἐπὶ ταύτην ἁμαρτάνουσιν, ἢ κατὰ τὴν λεχθεῖσαν ἀσωτίαν. περὶ μὲν οὖν ἐλευθεριότητος καὶ τῶν ἀντικειμένων κακιῶν, τοσαῦτ' εἰρήσθω.

Κεφάλ-